

Conclusio est falsa, auribus enim vel manibus non potuerunt videre, sed oculis. Resp. argumentum involvit terminos aliquos, & praeterea in majori videtur esse ambiguitas, unde termini obliqui in rectos sunt resolvendi, quâ ratione quatuor apparebunt termini. Formari g. potest h. m. argumentum: *Illâ pars corporis Christi, quâ cruci Christi adstantes viderunt Christum percussum, est illa pars, quâ percussus fuit. Atquâ oculus non est illa pars quâ percussus fuit Christus. E. oculus non est illa pars adstantium, quâ Christum percussum fuisse viderunt. Si jam numerantur termini, erunt sequentes. 1. Pars corporis Christi, quâ cruci Christi adstantes viderunt Christum percussum. 2. Pars, quâ percussus fuit. 3. oculus 4. pars adstantium, quâ Christum percussum viderunt.*

SOPHISMA. XI.

Quos Deus vult salvos fieri, illi salvantur.

Non omnes homines salvantur. E.

Deus non vult omnes homines salvos fieri.

Conclusio repugnat scripturâ 1. *Tim.*
2. Minor autem certa est, Maj prob. quia voluntas